

SANCTI
OPTATI
AFRI
MILEVITANI EPISCOPI
DE SCHISMATE
DONATISTARUM
LIBRI SEPTEM:

AD MANUSCRIPTOS CODICES ET VETERES EDITIONES
COLLATI, ET IN NUMERIS IN LOCIS EMENDATI

Quibus accessere

HISTORIA DONATISTARUM
UNA CUM MONUMENTIS VETERIBUS AD EAM SPECTANTIBUS:
NEC NON GEOGRAPHIA EPISCOPATUS AFRICÆ.

*Operâ & studio M. LUDOVICI ELLIES DU PIN, Sacrae Facultatis
Parisiensis Doctoris Theologi, necnon Philosophia Professoris Regii.*



LUTETIÆ PARISIORUM.

Apud ANDREAM PRALARD, Bibliopolam, viâ San-Jacobâ,
ad Insigne Occasionis.

M. D. C. C.

CUM APPROBATIONE & PRIVILEGIO REGIO.





P R Æ F A T I O.

PRÆFATIONIS hujus tres erunt Partes. Prima, de Vitâ Optati; altera, de libris ejus; tertia, de novâ illorum, aliorumque Monumentorum ad Donatistas pertinentium Editione.

I.

DE VITA OPTATI.

PRIMUM paucis absolvetur: nam vix quidquam aliud de Optato nobis compertum est, nisi eum Afrum fuisse, quod testatur Hieronymus, & Milevitanum Episcopum. Quo tempore floruerit ex ejus opere colligitur. Nam libro primo §. 13. ait, *ante annos sexaginta & quod excurrit* per totam Africam persecutionis tempestatem esse divagatam. Diocletiani autem persecutio, de quâ hic procul-dubiò loquitur, incepit à mense Februario anni æræ vulgaris 303. & desit in Occidente anno 305. ex quo inferitur scripsisse Optatum post annum 365. & circa annum 370. libro ejusdem operis quarto *Photinum presentis temporis hæreticum* vocat; quibus verbis eum in vivis superstitem adhuc fuisse indicare videtur. Sed Photinus è medio sublatus est anno 376. ut docet Hieronymi Chronicon. His accedit testimonium Hieronymi scribentis, Optatum sub Valentiniano & Valente principibus scripsisse, ac proinde inter annum 372. quo Valentinianus proximo post bissextilem die Imperator electus est, & 375. quo idem apoplexiâ correptus interiit xv. Kalend. Septemb. in Castello Brigitione, ut testatur Idatius. Unum est quod cum hac epochâ congruere vix possit: Siricii nempe nomen, quod in Catalogo Romanorum Episcoporum quem tenuit Optatus lib. 2. §. 3. reperitur post Damasum. Nam cum

Optatus
Afræ &
Milevitanus
Episcopus

Quandò
scripsit.



IN NOTITIAM
 ECCLESIASTICAM
AFRICÆ
 TABULA GEOGRAPHICA

Auctore G. DE L'ISLE Geographo

PARISIIS

Apud Antverpam in vulgo dicta des Courtes
 prope Sancti Sepulchri fontem
 Cuius Privilegio Regis
 ad numerum 1709
 Jo. Bar. Laisné Rex. 1709.

In hac Tabula Metropoles Civitates Majoribus seu indubitate literis
 designandas circumstantiis, quibusque quibusque notantur, et sunt in
 quibus celebrata fuerit Concilia et ceteris quibusque amonum nominibus hic
 habet præter Sive-Cæteræ, Mauritanæ & Jure, quarum urbium
 nomina per comparationem habere non licuit. Ceterum multarum hic urbium
 profectus, etiamque urbium et nonnullarum que sunt alluuntur, aut que
 hactenus videri de cœlestibus quibusque et frequenter quibusque amonibus
 et numeris aut ex observationibus habetur, hactenus quibusque et tam
 vixit regibus, quibusque hactenus non subregulis præter rationem
 1709. 2009





GEOGRAPHIA SACRA AFRICÆ SEU NOTITIA OMNIUM EPISCOPATUUM ECCLESIAE AFRICANÆ.

*Ex Collatione Carthagenensi, Notitiâ Episcoporum Africa sub Hu-
nerico, ex Concilio Carthagenensi sub Cypriano, aliisque Conciliis
tum Africanis, tum generalibus, ac Monumentis sacris & prophæ-
tis excerpta.*



AFRICÆ nomen tripliciter olim & nunc acceptum legi-
mus. Primum pro tertiâ orbis parte, quæ ab Asiâ, Isthmò
vel Nili ostiis determinatur, & undequaque mari ambi-
tur. Quo in terrarum tractu non modò provinciæ quæ
mari Mediterraneo alluuntur, Mauritania scilicet, Zeugitana
provincia ejus caput Carthago, Libya, & Ægyptus; sed & in-
teriora terrarum Antiquis vix nota, Æthiopiæ appellatione designatâ
continentur. Haud tam latè patet altera *Africa* acceptio, juxta quam
non modò Æthiopia ab Africâ fecernitur, sed & hæc peculiarem dia-
cesim, ut aïunt, constituit, ab Ægypto distinctam, & ab Oceano, scili-
cet Atlantico ad incitum majoris Syrtis sinum protenditur: quæ pro-
vincias Mauritaniam, Numidiam, Tripolitanam & Zeugitanam con-
tinet. Hæc autem ultima provincia Proconsularis, *Africa* nomine pro-
priè donatur, quæ tertia est, eâque strictissima hujus vocis acceptio.
Africa secundùm mediam illam acceptionem ab Occidente & Septen-
trione littoriam obliquo spatio mari alluitur, partique in longitudinem
latus ejus Occidentale ab Atlante ad Cotes Promontorium juxta fre-
rum TM. passuum. Indè à parte Septentrionali ab Herculei freti ostiis ad
Mercurii Promontorium secundùm Plinium sunt M. passuum M.C.X. secun-
dùm Antonini Itinerarium M.C.C.C.C.XXXI: sin autem soli, hoc est, sinuunt

Africa
descrip-
tio.



S. OPTATI AFRICI MILEVITANI EPISCOPI. ⁽¹⁾

DE

SCHISMATE DONATISTARUM, ADVERSUS PARMENIANUM, LIBER PRIMUS.

IN hoc libro primo continentur, qui in persecutione fuerint traditores,
& causa schismatis, & ubi, & a quibus schisma sit factum.



UNCTOS nos Christianos, charissimi fratres, omni-
potenti Deo fides una commendat. Cujus fidei pars est,
credere filium Dei, Deum, judicem sæculi, esse ven-

I.
Hocum
Pacis.

VARIANTES LECTIONES.

* S. OPTATI AFRICI MILEVITANI EPISCOPI. In MS. Theodorici, OPTATI MILIBITANI. In MS. Philippi Sil., OPTATI MILIVITANI. *Episcopi* nomen non legitur in MSS. nisi in fine Operis. [*] In MSS. S. Th. & Phil. Silv. LIBRI NUMERI VII. Nihil aliud adjicitur in titulo in MSS. sed in fine MS. S. Th. habetur, *Explicit Liber Optati Episcopi, Libri n. VII. ad Parmenianum Schismaticorum auctorem.* [*] Hæc inscriptio, quæ argumentum hujus Libri continet, extat in MSS. S. Th. & Ph. Silv. [* *Deum*] In MSS. S. Germ. à Paris & Phil. Silv. habetur *Domini*. Idem sensus.

ANNOTATIONES.

(1) MILEVITANI EPISCOPI. Urbis Numidiz, quæ Antonino *Milevus*, Augustino & Victori Vicenti, *Milevi*. In Tabulis Pentingetianis *Milevi*; in concilio Carthagenensi de re-baptizandis Hæreticis sub Cypriano, *Milevum* dicitur. Ita etiam ab ipso Optato infra. Malè distingat Carulus à Sancto Paulo *Milevum à Milevo*, seu *Milevi*: nam nullum est aliud oppidum hujus nominis in Numidia, & in MSS. epistole

Aug. ad Eusebium nunc 14. *Milevum* interpretatur *Milevi*. E. *Milev* seu *Milevum* factum est *Milevum*, & inde *Milevi*. Duo in hac urbe habita-
vere concilia, unum anno 401. alterum anno 416. quæ *Milevianum* dicuntur. Dicitur à Ciritha Numidiz Metropoli triginta circiter millibus versus Siciliam. Nunc *Milev* vulgò dicitur, oppidum Regni Algeriani.

MONUMENTA

V E T E R A

AD

DONATISTARUM HISTORIAM PERTINENTIA,

IN QUIBUS EXHIBENTUR

ACTA CONCILIORUM ET COLLATIONUM EPISCOPALIUM,
Epistolæ Episcoporum, Ediçta & Epistolæ Imperatorum,
Gesta Proconsularia,

NEC NON ACTA MARTYRUM

QUÆ AD DONATISTAS SPECTANT:

Ordine Chronologico digesta, & ad manuscriptos Codices ac meliores Editiones exacta.

TENOR EDICTI

IN CHRISTIANOS

A DIOCLETIANO ET MAXIMIANO

LATI ET PROMULGATI.

Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coss. anno æræ vulg. 303.

Ex Lactantio l. de mort. persecut. c. 12. & 13. edit. Baluz.

XII.

NQUIRITUR peragenda rei,
(persecutionis scilicet in Christianos movende) dies aptus & felix, ac pontificalis Terminalia deliguntur, quæ sunt ad septimum Kalendas Martias, ut quasi terminus imponeretur huic religioni. Ille dies primus Ieri primique malorum causa fuit quæ & ipsis & orbi terrarum acciderunt. Qui dies cum illuxisset, agentibus consularum senibus ambobus octavam & septimum, repente adhuc dubia luce ad ecclesiam profectus cum ducibus & tribunis & rationalibus venit, & revulsis foribus, simulacrum Dei queritur. Scripturæ repertæ incenduntur, datur omni-

bus prada. Raptur, trepidatur, disceritur. Ipsi vero in specula (in alto enim constituta ecclesia ex palatio videbatur) diu inter se concertabant utrum ignem potius supponi oporteret. Vicit sententiâ Diocletianus, cavens ne magno incendio facta pars aliqua civitatis arderet. Nam multe ac magnæ domus ab omni parte cingebant. Veniebant igitur prætoriani acie fractâ cum securibus & aliis ferramentis, & immisi undique, tamen illud edificium paucis horis solo adæquarunt.

XIII.

POSTERIORI propositum est edictum quo cavebatur ut religioſi illius homines carerent omni honore ac digeſſent, tormentis subiecti essent ex quocunque

K K K